



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Capita Pietatis Christianæ, Interrogationibus Et
Responsionibus vsitatis in Catechetica Methodo ita
explicata, vt breuem sed integram hypotyposin doctrinæ
purioris complectantur**

Ferinarius, Johannes

Magdeburgi

VD16 W 3078

De Vocabulo Gratiae.

urn:nbn:de:hbz:466:1-36195

secundo loco, & de modo iustificationis, & de praesentibus aduersariorum monebimus.

DE VOCABVLO GRATIAE.

Vocabulum gratia quid latinis significat?

Gratia, & fauor, apud Latinos, habent se coram relatiue. Fauor ferè significat actiue, Gratia autem passiue. Ita enim usitate loquimur: Magnus est fauor Augusti erga Virgilium. Et uicissim rectè dicimus, Virgilius est in gratia Augusti, id est, ipse amatur à Cesare.

Interdum hoc uocabulum, consuetudine Graeca, significat beneficium: χάρις χάρις τίνος, Gratia gratiam parit. Et Luca 1. κέχαριτωμένον est, que diligitur ex misericordia. ἄχαριτος autem Mathei & Luca 3. est qui diligitur naturali sóγια, uel propter naturalem coniunctionem. Sed consuetudine Hebraica uocabulum Gratia usurpatur aliàs actiue, aliàs passiue.

Vera definitio nominis
hæc est:

Gratia significat misericordiam gratuitam, uidelicet remissionem peccatorum, & reconciliationem seu acceptationem gratuitam, propter Filium Dei, que cum fide accipitur, simul Filius DEI significat corda, & per Euangelium dicit consolationem

tionem in corde, & Spiritu sancto accendit idem
motus, qualis est ipse.

Paulus discernit hæc duo uocabula: Gratiam
& donum per Gratiam. Gratia significat gratiam
tam remissionem peccatorum, reconciliationem, &
imputationem iusticie. Donum per gratiam, signi-
ficat donationem Spiritus sancti, & inchoationem
uite æternæ in cordibus.

Quomodo Monachi hoc vocabu-
lum deprauarunt?

Insulse scriptores Pontificij, abusi sunt hoc
cabulo, tantum pro habitu infuso, uel nouis qua-
sitibus in renatis. Ita

Synodus Tridentina.

Gratiam nominat nouas uirtutes, effectum
homine à Deo, sine merito operum præcedentium
iustificationem.

Pelagiani.

Gratiam interpretabantur esse promulgationem
Legis, & externam obedientiam erga præcep-
ta Decalogi, Iste expositiones congruunt in
fundamento.

Quia etiam Pontificij docent, hominem post
Legi Dei satisfacere, & nominant Legis imple-
tionem, nouam in nobis dilectionem, seu, obedientiam
& docent illa propria impletione Legis, homines
esse iustos.

Quæ sunt testimonia, de vera signi-
ficatione vocabuli?

Paulus ideo utitur distinctis appellationibus, ut discernat gratuitam acceptionem ab infusis, ut Papistæ nominant, qualitibus. Rom. 4. Per Antithesin, inter se confert mercedem, & gratiam; ac docet, gratiam esse gratuitam benevolentiam, seu imputationem, quæ non debetur operanti, ut merces. Item: Non estis sub lege, sed sub gratia, id est, placetis DEO propter Filium, non propter propriam dignitatem. Si gratiam interpreteris hoc loco, ut Monachi, iam est deleta omnis consolatio, cum etiam in renatis hæreat peccatum.

DE VOCABVLO
FIDEI.

Quid significat Fides in lin-
gua latina?

1. Vocabulum fidei significat noticiam, quæ est habitus mentis, & ponitur in prima specie qualitativa. In hac significatione FIDES est noticia propositionum, quibus assentimur propter testimonia veracium testium. Ut credimus in prælio Pharsalico misisse Iulium Cæsarem, propter testimonia gravium scriptorum, qui nec voluntatem, nec causam habuerunt decipiendi homines.

2. Sepe Fides usurpatur pro virtute, quæ est vicinia veritati, & alioqui nominatur Fidelitas.